Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



rem decem servos suos dedit illis decem minas et ait
ad illos · negociamini dum venio · Cives autem eius
odierant illum: et miserunt legationem post illum di
centes · Nolumus hunc regnare super nos · Et factum
est ut reverteretur accepto regno: et iussit vocari servos q
bus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque negotiatus
esset · Venit autem primus dicens · Domine: mina tua de
cem minas acquisivit · Et ait illi · Euge bone serve
quia in modico fidelis fuisti · Eris potestatem habens super
decem civitates · Et alter venit dicens · Domine mina tua
fecit quinque minas · Et huic ait · Et tu esto super quinque ciui
tates · Et alter venit dicens · Domine: ecce mina tua quam ha
bui repositam in sudario · Timui enim te quia homo
austeris es: tollis quod non posuisti et metis quod
non seminasti · Dicit ei · De ore tuo te iudico: serve
nequam · Sciebas quod ego austeris homo sum tollens
quod non posui et metens quod non seminavi et quare
non dedisti pecuniam ad mensam meam · Et ego veni
ens cum usuris utique exigissem illud · Et astantibus
dixit · Auferte ab illo minam et date ei qui decem minas
habet · Et dixerunt illi · Domine habet decem minas · Dico
autem vobis: quia omni habenti dabitur · ab eo autem qui
habet et quod habet auferetur ab eo Secundum machaeum ze
Vigilate · Dicit · d · i · d · s · Vigilate: quia nescitis qua
hora dominus vester veniens sit · Illud autem scitote: quoniam si sciret
paterfamilias: qua hora fur veniens est: vigilaret utique
et non sineret perfodi domum suam · Ideo et vos estote pa
ti quia nescitis qua hora filius hominis veniens est ·
Quisnam est fidelis servus et prudens quem constitu
it dominus suus super familiam suam ut det illis cibum